DE
UNCTIONE HEPATIS
SANA ET LAESA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,
QUAM
SENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
PRO
UMMIS IN MEDICINA HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS
IN
VERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

AROLUS IGNATIUS LORINSER
BOHEMUS.

DIE XXVII AUGUSTI MDCCCXVII.

BEROLINI.
EX OFFICINA LUDOVICI QUIEN.

PRÆFATIO.

·itatem sequi et colere — nil extimescere.

Senec.

cet cognitio metamorphoseos continuae
. vivus restauratur organismus, scien-
naturali sit summi momenti; nihilo-
ıus ad nostra usque tempora illa im-
fecte et parum cognita fuit. Opinio-
vulgari haud persuasus rei diutius va-
i, variisque apud varios comparatis,
ime tamen e tanto hypothesum nu-
·o in quo acquiescerem, inveni. Ita
ratione, qua nutritio procedit, idea
ularis mihi oborta est, quam modeste
propono; non vana cupidine, theori-

am fundandi novam aut renovatam, sincero amore in artem nostram salubo mam ductus, speroque fore, ut ma ae dignitas a clarioribus viris in dies gis perpendatur, et errores, quos fo commisi, cum indulgentia emendentu

Lorinser.

Caput I.

Functio hepatis normalis.

§. I.

organismo universali distinguimus indivi-
m sive specialem, ita, ut alter alterum con-
at, hic per illum existat, ideo nullus sepa-
n considerari possit. Individua ab Univer-
a dependent, uti singula membra a reli-
corpore; agit enim per latam rerum natu-
unà eademque vis genitrix ac nutrix, qua
is vita procreatur. Vita autem sine morte
existit, et ex morte ipsa vita prodit. Ut
ersum in integritate permaneat, Individu-
erpetuo mori atque deleri oportet. Pro-
is dynamicus, in organismo speciali vigens,
ntari nequit, nisi in nexu suo cum natura
rsa. Res externae continuo in organis-
agunt, ejus reactionem excitant, et quae
lius existentiam necessaria sunt, suppedi-
Quae vero charactere organico privata
materies residua e corpore eliminetur, et
ae non organicae reddatur necesse est.

§. II.

rimum productionis organicæ momen-
n assimilatione consistit; i. e. mutatione

chyli, e nutrimentis extracti in lympham sticam, quae sub forma sanguinis apparen talitate donata, primus vitae fons est app da. Duo in assimilatione consideramus s quorum primum in systemate lymphati glandulis, alterum in vasis sanguiferis vitur. Plurimi Physiologi solummodo a lymphatica et mesenterii glandulas resp in hisce primam assimilationis officinam rentes. Sed ut cognitionem nobis co mus accuratiorem, latior de glandulis c tus extendatur oportet. Hepar etiam, vis abdominalium princeps, non solum secr sed certe et assimilationi inserviens, gla rum numero adjungendum est. Veter censebant, systema portarum et hepar tritionem quam plurimum conferre; [1]) quam vero *Rudbeck* et *Bartholinus* ann communicationem inter vasa resorben ductum thoracicum detexerant, omne physiologi, capti hac re maximi mome tustan opinionem respuentes, ad novam riam cito confugerunt, assimilationis fi nem ad maximam partem absorbenti sys tribuentes. Labore et studio clarissi virorum, *Fr. Meckel*, [1]) *Alex.*

---

[1]) Actio hepatis secundum Galenum et Asellium es ficatio.

[2]) *Meckel*, J. Fr. Diss. de vas. lymph. Berol. 757 ejusdem. Nova experimenta et observationes d venarum ac vasorum absorbentium. Berol. 7

[1]) doctrina de vasis sugentibus in dies magis
gisque exculta, deinde a cls. *Hewson* [2]) et
uikshank [3]) amplificata est, et nunc *Mas-*
ni summum in re cognoscenda fastigium
gisse videtur. Res autem plurimae, re-
s inventae, non raro nimia attentione
nae habentur, praesertim si spes acces-
t, multa, quae adhuc obscura latent, per
um inventum dilucidandi. Systematis lym-
tici cognitio eo majorem apud medicos di-
atem consecuta est, quo uberiores non tan-
Physiologiae sed et practicae arti promi-
fructus. Quare non mirandum, vasa absor-
tia omnes in se direxisse animos, et theo-
veterum prorsus fuisse neglectas. Si au-
hoc systema pro unica sede primi assimi-
onis stadii habetur, certe majorem illi po-
atem concedimus, quam revera meretur, et
ar aenigma evadit, nisi in secernanda bile
ejus functio ponatur. Systema lymphati-
non praecipuam esse sedem assimilatio-
nuper varii intellexerunt, et nonnulli cla-
mi viri, inter quos defunctum J. C. *Reil*, [4])

The Works of *Alex. Monro* M. D. published by his son
lex Monro Edinburgh, 1781. *Alex. Monro*, De venis lym-
phaticis valvulosis. Berol. 772.

Hewson Exper. Inq. part the second. cont. a description
of the lymphatic system etc. 1773.

Cruikshank und *Mascagni's* Geschichte und Beschreibung
der Sangadern, übersetzt von Ludwig. Leipzig. 1789.

J. C. Reil. Entwurf einer allgemeinen Pathologie. Halle.
816. B. II. S. 239: „Die Absonderung der Galle ist in
Beziehung auf die Leber selbst *zufällig*, das Residuum

Malfatti [1]) et P. C. *Hartmann* [2]) nomina sufficiet, hepati iterum ampliorem in nutrit ne significationem imposuerunt. Et profec hepar esse princeps et maximum assimilat nis organon, argumentis haud spernendis co firmari potest. Non tantum phaenomenis, q organismi in statu sano offerunt, sed et affectionibus morbosis illustratur hujus vi ris functio. Ideo Anatome comparata im mis, nec non pathologica rem ante om dilucidabunt.

§. III.

Quanti momenti in corporum oeconon hepar sit, jam ex eo elucet, quod per tot fere regnum animale inveniatur hoc visc non solum in animantibus, ad altiorem or nisationis gradum evolutis, sed etiam in c staceis, molluscis, insectis. Si ab organis summe perfecto ad inferiores sic dictas a malium classes descendimus, sensim sens que simpliciorem observamus fabricam; gana nobilissima, v. c. sensuum externor minora reperiuntur, et tandem plane dis rent. Hepar nihilominus in tanta viventi copia constans et necessarium remanet visc

ihres Processes, und blos wichtig für die Function Darmkanals. Der eigene Process derselben liegt zwis ihren *Lymph- und Venensystem*."

[1]) *Malfatti.* Entwurf einer Pathogenie aus der Evolu und Revolution des Lebens. Wien. 1809. S. 22.

[2]) *Ph. Car. Hartmann.* Theoria morbi, seu pathologia neralis Vindobonae 1814. pag. 102.

ipsorum vermium plures, organis visus, au-
us etc. orbati, analogon hepatis nobis
endunt.

§. IV.

In foetu organa ea, quae ad vitam ante
nnia necessaria sunt, prius formari debent,
am alia minus nobilia. Hepar inter prima, quae
parent, organa est referendum. Ovum in-
bari coeptum post duodecimam horam
endit primum pulli futuri vestigium; hora
adragesima octava apparet cor ut punctum
iens, hora nonagesima hepar evolvitur. Po-
a demum ceterae corporis partes fieri vide-
is. Antequam tubus intestinalis, musculi,
a et integumenta in lucem veniant, hepar
sit oportet, a quo deinde reliqua non so-
n provocantur, sed ad ultimum vitae mo-
ntum et nutriuntur.

§. V.

Vita hominis nascendi planeeta est veg-
a; versatur prae ceteris in nutritione et vege-
ione. Quoniam vero hepar est organon, e
o nutritio imprimis emergit, patet exinde,
in foetu tantopere praevaleat, et ratione
iquorum viscerum ad tantam crescat ma-
tudinem. Functiones embryonis tam vita-
quam naturales in hepate concurrunt, he-
enim organon nutritionis principale simul-
e cor venosum repraesentat in foetu. Nu-
ionem embryonis perfectius fere intelligi-

mus, quam hominis adulti. Haud necesse vi tur, hypothesin de liquore amnio refut qui foetum sub graviditate nutriat. Experi tia docuit, monstra fuisse nata sine capite ore, ideoque sine deglutiendi facultate, c roquin bene nutrita; alia visa sunt, quae latum osseum et molle defecit, ut neque tulam haurire possent. Nonnulli auctorum vam liquoris amnii copiam se in cavo ve culi invenisse referunt, sed quaeritur, an mor, quem videbant, revera fuerit am et si fuerit, an potius casu fortuito deglu sit? Sunt alii, quibus opinio est, humo hunc per totam embryonis cutem ad inte ra pervenire; sed poris sugentibus in ext corporis superficie nimium tribuimus, si eo perfectam nutritionem sufficere faciamus. qualitas liquoris amnii minime nutriens quod jam chemicis experimentis longe firmatum. [1])

§. VI.

Organon, a quo in utero materno n mentum accipit foetus, *vena* est *umbilic* Haec originem ducit e placenta, ubi rami numeris, vix conspicuis, dein in unum m rem confluentibus sanguinem sugit, succ triente impraegnatum, eundem non ad gla las meseraicas, sed ad hepar vehit. Erg hoc, non in illis elaboratur succus nut

[1]) *Boniva* et *Vauquelin*. *Ann*ales de Chimie tom X p. 269. *Crells* chemische Aanalen, 1801. B. 1. St. 5

a, ut aptus ad nutritionem per venam cavam
nguini immisceri possit. Igitur cum in homi-
e nascendo materia nutriens glandulas et va-
mesenterii non aggrediatur, sed in hepate
utationem experiri debeat, cur in adultis huic
sceri non majorem concedamus dignitatem,
im tamen pro ratione uti cetera organa ad
bertatem usque magis evolvatur, et crescen-
satis demonstret, id non solum embryo-
s causa fieri. Cur ad vasa lymphatica tam
mplicia et vix magna vi vitali gaudentia con-
giamus, et visceri proximo ac evidentissimo
l nisi bilis secretionem relinquamus?

§. VII.

Anatome comparativa fere in mammali-
is solis detexit vasa absorbentia evidenter
rmata, avium classis duplicem quidem ex-
bet ductum thoracicum, vasis vero tantum-
odo gaudet paucis et exiguis, glandulis me-
raicis prorsus caret. Chelonia nonnulla, in
ari degentia, et piscium aliquos vasis lacteis
ui tradunt auctores, glandulas autem, quae
intestinis chylum recipiant, in his animali-
is nemo vidit. Cum igitur tam multis ap-
aratus mesenterii glandulosus desit, cum va-
tam pauca et parva dispersa sint, quo mo-
nutriuntur ista animalia? Nonne chylum
er alias vias propagari necesse erit? — Ve-
tas hujus asserti experimentis directis com-
robatur, a cl. D. *Monro*, [1]) institutis. Hic

[1]) Monro, l. c.

nempe, de vasorum resorbentium functi
vera non minus in dubiis haerens, quibusc
animalibus ductum thoracicum subligavit,
que radice Rubiae tinctorum aliquamdiu a
Sectio anatomica, licet ductus chyliferus e
ligatus, ossa et serum rubedine tincta
stendit; unde recte concludimus, dari ad
alias vias praeter vasa lymphatica, quae
lum ad sanguinem ducant. Ergo vasa re
bentia ad perficiendum mirabile nutriti
opus non sufficiunt; *adesse debet viscus, q*
in omnibus animalibus constanter occur
in cavo abdominis sedens, tubo intesti
conjunctum et simul cum systemate vaso
sanguiferorum evidenier communicans.
hic, ut ita dicam, focus assimilationis, ni g
viter fallor, *hepar* est.

§. VIII.

Hoc cum digestionis organis, scilicet c
intestinis tenuibus, et quod diligenter perp
dere oportet, *cum hisce solis* per syste
magnum venae portarum communicat. Ra
venae portae, lumine sensim decrescentes,
boris instar in parenchymate hepatis dispe
humorem suum effundunt, idcirco, ut mu
tionem quandam experiatur, quo facto ab
ordiis sinuum venae cavae recipitur atque
cor pervenit. Mutatio autem, quam in hep
subit sanguis venosus, certe in functione c
sistit majori, quam in bilis secretione. T
ta euim est copia sanguinis adducti, et b

cretio pro relatione tam exigua, ut sanguinis antitas cum producto secretionis vix in rane legitima sit. Systema venae portarum, us destinatio ex antiquissimis temporibus bia remansit, sola est via, per quam ex alintario canali chylus ad hepar vehi potest, vasis lymphaticis, ut supra expositum est, ierogativum hoc negamus. Fluida ex intinorum tubo ad mesentericas portarumque ias perduci posse, jam ingenuosus *Boerhaa-* credidit et experimentis demonstravit. [1])

Quaeritur, qua ratione hoc fiat, utrum venas bibulas an per vasorum obsorbenn ramulos, hisce venis inhaerentes? *Bro-* vasis vasorum lymphaticis magis favet, sed d impedit, quo minus ramis venarum bibu-

---

Hm. Boerhaave. Institutiones medicae. Lugduni Batavorum. MDCCXLVI pag. 84. Sequentia verba maxime memorabilia edidit illustris vir: „An non tenuis biliosa et *lymphatica magis pars illius Chyli* recipitur fistulis absorbentibus, biantibus in intestinorum crusta et se exonerantibus in venas meseraicas, unde in vena portarum dilutio, bilique secernenda nova materies? Certe harum numerus, amplitudo, fabrica singularis circa intestina, communis natura omnibus venis, humor hinc fluens venosus in portarum venam ut in arteriam, sanguinis hujus indoles, ingens copia humorum in intestina confluentium, qui nec lacteis omnes recipi, nec alvo expelli observantur, Anatome comparativa, in Oviparis lactea non reperiens, interimque aditum in meseraicas ex cavo intestinorum experta, venarum mesentericarum in homine aperti in tunica villosa fines; valvularum in his venis humanis absentia; repletio Ruyschiana per venam mesentericam in cava intestinorum facta, cum effusione materiae, respondent ad hoc assertum."

lis resorbtionis officium adseribamus, cum illis, etiamsi per vasa lymphatica sit adduc chylus mox recipiatur, et vasa lactea tand in venas abeant necesse sit?

§. IX.

Et non unicum praebet organismus e modi absorbtionis per venas exemplum; a logon venae portarum in foetu exhibet v umbilicalis, eodem modo e placenta san nem sugens atque ad hepar perducens, e bent venae pulmonales, quae immediate bus suis cruorem imbibunt. Quae in fo venae umbilicalis ope absolvitur, functio, homine nato, abscisso funiculo umbilicali per venam portarum. Nutrimentum, quod graviditate embryo directe e placenta acce post partum, ori ingestum ad intestina p vectum novam sibi viam eligere debet, q niam proles nunc propriam et a matre se ratam degit vitam.

§. X.

Defectus valvularum in vena portarum umbilicali etiam hic respicere videtur, fo ut chylus in hisce vasis tardiori motu prog diatur, etcumsanguine intimius misceri po

§. XI.

Et major hydrogenii copia, quam in s guine illarum venarum reperiunt Chemici, p

s in chylò admixto causam habere mihi etur [1])

§. XII.

Consideratio attenta structurae glandulo-, quam in hepate observamus, nec non :orum, hoc viscus adeuntium, comprobat nionem, illud non solum ad bilis secretion exigi. Rami venae portae, teste *Bartho-*ɔ, [2]) „rubicundiores sunt, et colore nubi-obscuroque magis quam rami venae cavae; ›ent tunicam duplicem, inde crassiores for-esque evadunt, et ad arteriae naturam ac-unt. Rami venae cavae simplici tunica in-ntur, sunt candidiora, tenuiora, magis pel-da. Rami vasorum felleorum ex pallido :oque flavescunt, crassiore tunica, canali en angustiore.“ — Inter varia corporis or-ı eorumque functiones certa relatio ratio-magnitudinis et intensitatis locum habet, ut semper quaevis functio, apparatui, quo icitur, respondeat. Bilis vero secretio non copiosa et tanti momenti est, ut hac or-ɔrum complicatione et abundatia opus sit. ɔm ad finem esset magna hepatis moles, comperti simus, ab aliis organis multo oribus majorem fluidi quantitatem secerni? es. e. g. hepate multo minores, lotii co-

---

Mit Wasserstoff verbunden kommt der thierische Stoff in em Blute der Pfortader, den fetten Lebern einiger Thie-ɔ, im Fette, dem Milchzucker, und dem Gallenharz vor. *eil.* Pathol. B I. S. 215.

Anatomia Bartholiniana, vid. sect. de hepate.

piam edunt, illam bilis longissime superante
et cum liquoris copiam, in glandulis saliv
bus, mammis et nonnunquam in glandulis
chrymalibus secretam, cum bilis quanti
comparamus, stupemus magnitudinem org
tam parvam humoris copiam secernentis. (
tantus in systemate hepatico apparatus, quo
ta hepatis moles, et vasorum complicatio? C
his omnibus ad succi excrementitii secretio
non opus esset, imo nobilitas systematis he
ci, ejusdem fabrica et consensus quam max
cum prestantissimis organis satis superque
cent, hoc systema ad finem altiorem a n
ra destinatum esse.

§. XIII.

Munus vero hepatis, hisce omnibus
latis, in eo consistit, ut chylum a vena p
rum receptum perfectius organismo assim
eundem ad nutritionem aptum reddat. Hic
inde, sanguini vivo quam maxime affinis,
ipse jam in sanguinem conversus, a vena
eductus, in cordis atrium dextrum effund
Bilis continet partes residuas, mortuas,
subigi nequeunt, ideoque motu retrog
prius per poros biliarios, dein per ductum
paticum removeri, et cum sordibus nuptae
ci debent. [1])

§. XIV.

Non nego, bilem aliquo modo ad di
tionem conferre, eamque sollicitare, ii v

[1]) Reil et Malfatti. l. c.

ex praesentia vesicae felleae necessitatem
s absolutam eruere conantur, huic recepta-
nimium tribuunt; cervi enim, equi ac
acea cystide fellea omnino carent, eo-
ique bilis ex hepate immediate in duode-
ı effunditur. Ergo vesica fellea tanti mo-
iti non est; eo magis, cum et inter homi-
nonnulli inventi essent, quibus haec vesi-
ı defuit, sine in viventibus manifesta nu-
onis laesione. Neque minus processum che-
um, quem in organismo statuerunt Jatro-
mici, et quo chylus accedente bile e ci-
ingestis praecipitetur, in dubium referre
eo; nam in ictero, ubi bilis retinetur, fae-
non chylo sunt impragnatae, uti esset prae
endum, sed potius siccae, albidae, sterco-
anino similes. Non, quia nulla adfuit prae-
atio, sed ob retentionem bilis faeces ta-
evadunt.

§. XV.

Nutritio in animalibus sanis eo perfectius
greditur, quo major est validitas atque in-
tas organorum, assimilationi inservienti-
inprimis hepatis, quo justior quantitas et
itas cibi ingesti. Organon nutritionis cen-
, hepar nempe, in corporibus robustis, be-
utritis, semper validum reperitur, imo in
ectis, ubi nutritio languescit, parvum aut
modo morbose mutatum. Igitur recte con-
ere licet, hepatis magnitudinem ac robur
assimilationis vigore rationis aequalis esse.

Ubi integra fere vita in vegetationis proce
versatur, in embryone scilicet, hepatis m
maxima est. In hominibus et bestiis, ping
dine onustis, ceteroquin sanis, eo magis i
nitur hepatis volumen, quo alacrius et for
procedit nutritio. Sub tranquilla et sede
ria vita nutritio justo rapidius absolvitur, et
poris volumen magis augetur, quoniam i
xu stimulorum aeris, motus etc. corpori
tantum detrahitur materiae organicae. Q
anseres et anates pinguefaciendi angusto
cluduntur loco, ut quiete fruantur, nec
conceditur tantum nutrimenti, quantum a
lorum nutritionem sufficeret, sed pabulun
lis modum excedens intruditur. Hac sub
thodo alendi post tres vel quatuor septi
nas aves toto corpore pingues redduntur,
xime vero hepar volumine augetur. Sunt a
volucres, e. g. alaudae, quae intra parv
temporis spatium, saepius post viginti qu
or horas pinguescunt et marcescunt pro
et motus diversitate.

§. XVI.

Hepati in animalibus pinguefaciendis m
na chyli copia per venam portarum add
tur, quae, si sanum caeteroquin animal
in sanguinem conversa pinguedinem effi
Iecur vero praecipue mole augetur; et p
guedine obtegitur, cum sit organon proxim
in quo chylus, sanguini admixtus vim nutri
tem exercet. Anatome comparata edocti

, animalia plura, in quibus majori alacri- nutritio perficitur, auctam hepatis molem rre. Evidenter hoc in Squalis apparet, ubi ar eximie magnum pinguedine turget, ob acitatem et digestionem validam horum edonum terribilium.

§. XVII.

Functio jecinoris insuper magis innotes- si vim vitalem et organisationem ductus acici vasorumque lymphaticorum consi- s. Ea non primum in assimilatione locum re, facile perspexerit, qui momenta supe- allata examinat, simul qualitates peculia- systematis absorbentis respiciens. Quod organisationem horum vasorum attinet, ea simplex est, tam paucis adminiculis in- cta, ut ipsi auctores, systemati lymphatico ime faventes, mirentur modum, quo re- tio et propagatio fieri possit. Sic *Boer- ve* [1]) dicit: „Unde fit, ut ingens illa chyli mphae copia per fistulam exilem, anfrac- incurvam, pressam, perpendicularem, et e collabentem in homine erecto tam fa- ascendat?" Principia mechanica, quibus posse demonstrare conatur, ad explican- hanc theoriam vix sufficiunt. Etiam struc- et incitabilitas vasorum, quae ex intesti- d glandulas meseraicas perveniunt, talis

---

[1]) *Boerhave.* Instit. med. pag. 84.

est indolis, ut chylum haud assimilare va ant [1]).

Processus, qui chylum nutrientem or nismo homogeneum reddit, tam magnus, g vis et continuus est, ut profecto organis v dis et non exigua actionis vitalis vi indig Hae conditiones in systemate hepatico oc runt, quod, fabrica apta et solida gaudens, l phatica vasa vi vitali longe superat.

§. XVIII.

Valsalva [2]) cadaver dissecuit, ubi lymphatica tam in mesenterio, quam in in tinis tenuibus omnino deficiebant. Docet h observatio satis superque, chylum etiam aliis organis recipi posse; cum autem n adsint, quae illum in sanguinem vehant, o na, nisi venae portarum, ab illis propag humor nutriens necesse est.

§. XIX.

Fabrica systematis lymphatici ita con mata est, ut vasa e duobus finibus origin

---

[1]). „Apparatus organicus, in hunc finem adhibitus, tam plex, et alia, quae hic praesto sunt adminicula, tam ex reperiuntur, ut vix magna inde chyli mutatio exspe possit. Quid pauxillum illud liquidi serosi, in glan chylo adfusi — quid processus vitalis, vi tam parva locorum vigens, ut sensibilitatis et irritabilatatis ves vix relinquat, in assimilando chylo valebunt? Quan haec omnia cedunt illis, quae in portarum venis et he assimilationi prasto sunt! —

Hartmann. Theoria morbi. p. 10

[2]) *Morgagni.* De causis et sedibus morborum. Epi XVII art. b.

m repetant, provenientes scilicet e corpo-
exteriori et interiori superficie. Quum vero
poris peripheria multo majorem proferat su-
ficiem, quam interior tubi alimentarii ca-
s, etiam copia vasorum absorbentium, quae
integumentis communibus originem du-
t, major sit oportet, ea, quae in canali ali-
ıtario occurrit.

§. XX.

Vasa lymphatica pro fabrica sua ea sunt,
e materias quasdam finibus suis recipiant,
lem cum ductu thoracico communicent.
niam vero major copia e peripheria or-
smi exsistit, per eam quoque major ma-
e resorbendae quantitas ingrediatur neces-
st, quam per tractum intestinorum.

§. XXI.

Glandulae inguinales et axillares puncta
centralia, sive, ut ita dicam, ganglia va-
m, e peripheria nascentium, glandulae me-
icae et pulmonum, eorum, quae e cavi-
us internis majoribus originem ducunt.
is arteriis et nervis praeditae, aptae red-
ur, secundum leges vitae animalis mate-
resorptam assimilare.

§. XXII.

Materia resorbenda apparatui organico,
et vasis lymphaticis respondeat, ideoque
lis et iisdem congrua sit. Chylus autem,

dum e nutrimentis extrahitur, crudus es
elaboratione accuratiore indiget, ut organ
adsimilis reddatur. A vasis lymphaticis,
simpliciter conformatis, chylus densior vi
cipi ac perfici potest, ideoque mutatio
qua ad nutritionem idoneus evadit, in or
glanduloso, hepate nempe, debet ex
Quae per vasa lymphatica tum in ex
tum interiori superficie resorbetur, ma
longe alius indolis est, et potissimum in
ribus tenuibus aliisque potentiis, sensibu
manifestis consistere videtur. Ut ipsa st
ram tenuem offerunt vasa absorbentia
etiam eorum contentum facillime assi
debet. Quare tantum tenuissimas materias,
magna opera assimilandas hauriunt, quibu
por animalis, aer athmosphaericus, aqua n
forsan et oxygenium et nonnulla, quae
qualitate sua facile elaborantur corpora,
primis annumerari merentur.

§. XXIII.

Vapores, in stratis musculorum et m
branarum, nec non in cavitatibus majo
exhalati, si organismus integer remaneat,
tinuo auferri debent. In liquorem ser
confluentes, recipiuntur deinde a vasis a
bentibus, et postea in sanguinem ducti pe
ros arteriarum exhalantes nomine transpir
nis aut sudoris e corpore aufugiunt. [1]) U

---

[1]) *Sanctorius.* Medicina statica. 1614.

vel aliud irritamentum excitans actionem fem generatim exagitat, praeprimis etiam rbtionem et exhalationem adauget, unde aestu majori profusiorem sudoris copiam rni videmus.

§. XXIV.

Nil obstat asserto, quod maxima liquo- pars, quo propius aquae simplici affinis per vasa lymphatica resorbeatur. Humor a aquosus, vapori animali, in liquorem ;ulato tam similis est, ut vix necesse videa- organa diversa illornm resorbtioni sub- ere. Valent non tantum lymphatica vasa pro nisatione sua ad resorbendos liquores te- , sed serum ipsum simplex et aquosum, ate florente, in resorbtionem nisum osten- quem in aliis humoribus, partibus densio- ; immixtis nunquam in tanto gradu ob- ımus.

§. XXV.

Oxygenium quoque a vasis lymphaticis e recipi, et per illa praecipue cum orga- i partibus communicari, verisimile videtur. probant hanc opinionem observationes *Morechini* [1]) qui acida, potui admixta ntio immutata invenit. Alia, quae exstant ora, facile in partes constitutivas prima- decomponenda, *κατ' ἐξοχην* systema lym-

---

Salzburg. med. Zeit. 807. N. 62. p. 192.

phaticum aggrediuntur; quoniam vero al
subigi nequeunt, immunia aut parum m
vel excernuntur vel organisationi inser
uti hoc de Mercurio, Sulphure, Rheo, ne
de Rubia tinctorum, ligno Campechiano
que constat.

§. XXVI.

Proinde et potus vulgaris, quo facili
similatur, i. e. quo magis indoli mere
sae ac tenui accedit, a vasis lymphatic
primis resorbeatur necesse est. Ex Ictero
pertum habemus, vasis absorbentibus esse
tutem, brevissimo temporis spatio hum
in universam sanguinis copiam transfer
ita, ut extemplo nonnunquam post anim
thema flavedo in tunica conjunctiva appa
Quae res docet, quam cito in statu no
humores vasorum proprii resorberi possin
mul demonstrans, quomodo passibile sit
potus assumtus tam eximia celeritate per
nam, transpirationem et sudorem excern
Verum ex eo non sequitur, potulenta om
canalem alimentarium ingressa, a vasis
phaticis recipi, nam quo magis indolem
trientem refert potus, quo plures continet
tes, accuratiorem assimilationem exigente
plus exinde venas meseraicas et hepar ag
di debet. Major copia partium alimenti
darum, imprimis potulentorum, quam in
alimentario canali vasa lymphatica resor

.e magna mutatione mox in sanguinem tran-
, chylus autem verus, cujus praeparatio in
stemate hepatico longius temporis spatium
quirit, praeterlapsis duabus, tribus, pluri-
sve horis in sanguine apparei, uti hoc in ani-
libus post pabulationem necatis manifes-
n est.

Caput II.

unctio hepatis a norma recedens.

§. XXVII.

t actio hepatis vitalis et ejusdem organisa-
a norma deflectit. Plerumque jecur, mor-
se affectum in utroque peccat vitio, ita ut
entiae nocivae, actionem vitalem laeden-
simul organisationem offendant et viceversa.
errationes variae sunt pro causarum differen-
. Vis vitalis mutatur vel qualitate vel quanti-
e. Inveniuntur in hepate affectiones morbo-
, tam peculiari modo decurrentes, ut easdem
ummodo ex abnormi actionis vitalis quanti-
e, vel excedente vel imminuta, sufficienter ex-
cari non possis; modus vivendi ipse, aut vita
opria in qualitate sua ita est modificata, ut
ocessum morbosum sistat peculiarem. Fabri-
sive organisatio diverso modo laeditur, vel

universi organismi individui culpa, vel vitio
cali. Frequentissime tamen abnormen fieri v
mus situm, figuram, colorem et substantiam
parenchyma ipsum. Pro variis hisce affecti
bus morbosis, tum organisationis, tnm acti
vitalis etiam functio hepatis propria varie tu
tur. Extra limites dissertationis positum e
omnia proferre, quae post mortem in hepate
tata inventa sunt; hic tantum de mutation
morbosis eatenus sermo erit, quatenus fun
hepatis turbata morborum quorumdam cau
proximam illustret, et quatenus morbi ite
functionem declarent. Ex annalibus medicor
compertum habemus, nil assimilationem ci
et efficacius turbare quam potentias nocivas,
temati hepatico illatas, Concussio, ictus, lap
aut quaecunque laesio mechanica externa, qu
experitur jecur, nutritionem extemplo of
dit. In morbis plurimis, per laesam dig
onem se manifestantibus, prius aegrotan
dolorem in regione hepatis praesenti
Quo magis in ejusmodi passionibus hepar af
tum est, quo tardior assimilatio, eo gravior
aegritudo, eo pejor prognosis. In Ictero, Hep
tide etc. assimilatio plus minusve vitiata est, H
tica hepatica et Ascites hac ex causa fere sem
lethales, Sunt porro alia morborum genera,
abnormi evolutione nata, infra amplius tract
da, in quibus hepar praeprimis affectum
Haec ex vegetatiore morbosa originem suam
petunt, quae per functionem hepatis natural

nplici modo explicari posse censeo. Igitur sin- morborum species, in quibus jecur prae ceris afficitur, nunc exponemus, simul expli- ionem tentabimus, qua ratione mutationes patis producuntur, aut alia mala inferunt.

§. XXVIII.

